



Nov. 13.



DE  
PROCOPII GAZAEI  
COMMENTARIIS GRAECIS IN HEPTATEVCHVM  
ET CANTICVM INEDITIS  
COMMENTATIO

AD  
VIRVM  
EXCELLENTISSIMVM ET DOCTISSIMVM  
CAROLVM AVGVSTVM GOTTLIEB  
KEILIVM  
PROFESSIONEM PHILOSOPHIAE  
EXTRAORDINARIAM

CAPESENTEM  
AMICORVM ALIQVOT NOMINE  
GRATVLANDI CAVSA

SCRIPSIT

IO. CHRISTIANVS GOTTLIEB ERNESTI

*Io. Sal. edler Professor philol.*

LIPSIAE  
EX OFFICINA SOMMERI

*B. A. H. A.*  
*Sal. 1828*

13.





---

**G**ratulandi officium, amicissime *Keili*, cum suavissimum mihi esse debebat propterea, quod *Tibi* maxime gratulandum erat; tum vero suavitatem illam mirifice auxit cogitatio fortunae meae, cuius favore quodam videbar mihi consecutus, vt amicorum *Tuorum* ego potissimum interpret essem. Scis, credo, quanto *Tē* opere dilexerim, ex quo tempore ad societatem studiorum nostrorum vitae etiam consuetudo, et familiaritas quaedam accessisset. Sed mox amare *Tē* etiam coepi, cum propter insignem in amicitia tuenda constantiam, tum quod intelligebam *Tē* omni studio, omnique animi impetu ad eam incumbere doctrinam, quae se nec ostentaret ambitiose, nec veluti strepitum cieret, vt sit in multis semidoctis, sed quae mallet cum verecundia prodesse, quam cum vanitate desiderare. Iam tum existimabam nihil accidere mihi posse iucundius, quam vt, si non praeco, at spectator tamen essem gloriae illius, quam *Tua* *Tibi* doctrina esset allatura. Quanta igitur me laetitia exultasse putas, cum *Tē* publice docendi in hac Academia nostra, hoc est, doctrinae *Tuae* illustrandae veniam, ab OPTIMO PRINCIPLE consecutum esse audiuissem? Si me amas, quod facis, crede hoc nuntio me non aliter, ac si mea ipsius res ageretur, affectum esse. Quo autem animo me censes legi illi nostrae paruisse, quae iubebat, vt verbis *Tē* amicorum *Tuorum*, optimorum et doctissimorum hominum, salutarem, munerisque illius auspicia *Tibi* gratularer? Nimirum vt quam lubentissime parerem, amicitiae sensus, et dignitatis *Tuae* cogitatio flagitabat. Sed cum et meminissem doctrinae *Tuae*, et societatem nostram



recorderer maxime literarum veluti commercio contineri, ipsosque amicos meos, quorum auctoritate haec omnis gratulatio instituta esset, eruditionis laude florere, videbar mihi satis facere officio meo non posse, nisi ad significationem laetitiae nostrae adiungerem aliquid, quod ad doctrinam et literas pertineret. Id quamvis diu quaesiveram, non tamen reperiebam, in quo *Tibi* probare elegantiam et subtilitatem, quae est in *Te* maxima, possem. Quare tractandum decreui argumentum, a fortuna potius oblatum, quam studio quaesitum, quod etsi nullum habebit ex arte ornamentum, certe tamen *Te* novitate, ut spero, delectabit.

Novissime enim cum essem in bibliotheca, quam olim collegereat *Io. Gottfried. Koernerus*, Theologus celeberrimus, in quo nuper iacturam Academia nostra haud exiguam fecit, ibique tum ad librorum inscriptiones notandas operam meam conferrem, forte in grande volumen incidimus, cuius inscriptio extrinsecus adiecta significabat inesse Procopii Commentarios in Heptateuchum et Canticum. At libro cupide aperto vidimus totum esse manu scriptum, ita vnaquaque pagina in duas columnas diuisa, ut vna textum graecum, altera versionem eius latinam exhiberet. Et primum quidem statim agnouimus manum Gottfridi Olearii, summi olim Theologi, quae cum mihi ex variis libellis calamo exaratis, et per necessitudinem illam, quae Koernerum cum gente Oleariana intercesserat, in illius serinia translatis, cognita esset, tum recens eius memoria animo haerebat ex vetusto Suidae Lexicographi libro, cuius lato margini multas notas a Gottfr. Oleario adscriptas cognoueram, et eas quidem ob summam doctrinam, quam in iis expromsit vir doctissimus, dignas, quae futurae Suidae editioni inferantur. Deinde scripturae illius in vitroque genere sermonis elegantia tantopere tenuit oculos nostros, ut viri incredibilem diligentiam atque assiduitatem tanta voluminis mole non superatam vel fractam prius stupefacti admiraremur, quam libri argumentum circumspiceremus. Postea vero, cum admirationis nostrae feruorem contemplandi consuetudo paulatim temperasset, volumine accuratius excusso, cognoui ego quidem haec tria inesse:

Cho-

1) Choricii Sophistae orationem in Procopium ita inscriptam: *χορηκίῃ σοφιστῇ ἐπιτάφιος ἐπὶ Προκοπίῳ σοφιστῇ Γάζης ὁ λόγος εὐχεται* (Olear. in margine coniecerat *ἀρχεται*) μὲν εἰς ἀνάγκην τοιαύτης, ἐλθὼν ὑποθέσεως τιμᾷ δὲ τὴν ὁσίαν τῷ τεθνεῶτος ἐμοὶ παιδευτῆ (Olear. adscripsit: supple *μνήμην*) ταύτην αὐτῷ κατὰ δύναμιν ἀποδίδὸς ἀμοιβήν. Sed eius particulam tantum descripserat Olearius, nec versionem addiderat, vt in caeteris. Integra tamen haec oratio cum versione Io. Christ. Wolfii legitur in I. A. Fabricii Bibl. gr. Libr. V. c. 31. Ibi de hac oratione Fabricius ita: *Eam descriptam e Codice Holsteniano pridem miseram ad desideratissimum amicum nostrum Gotfridum Olearium, qui illam Procopii in libros sacros Commentariis praemittere destinabat. Sed quoniam acerbè Viri eruditissimi obitu etiam praecleari illius operis spes intercepta, vel saltem in longius dilata tempus est, rogavi Io. Christ. Wolfium, vt orationem illam latine verteret, quod etiam promte ac feliciter est exsecutus.* Sequebantur

2) Commentarii in Pentateuchum, in librum Iosuae, et Iudicum, hac fere inscriptione: *ἀρχὴ συνθεῶ τῆς εἰς τὴν Γένεσιν τῶν ἐκλογῶν ἐπιτομῆς Προκοπίου χριστιανῆ σοφιστῆ.* Atque idcirco Olearius appellauit Procopii Commentarios in Heptateuchum. Nam Scholia in libros Regum et Paralipomena, quae idem Codex ille August. exhibebat, edita multo ante erant a Io. Meursio Lugd. Bat. 1620. Vltima erat

3) Προκοπίου χριστιανῆ σοφιστῆ εἰς τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομῆ, ἀπὸ Φωνῆς Γηγγορίου Νύσσης, Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, Ωριγένους τε καὶ Φίλωνος τῷ Καρπαθίῃ, Ἀπολλινάριῃ, Εὐσεβίῃ Καισαρείας, καὶ ἑτέρων διαφόρων, ἦγεν Διδύμω, τῷ ἁγίῳ Ἰσιδώρῳ, Θεοδώριτῃ καὶ Θεοφίλῃ. His quoque Commentariis deerat latina versio. Caeterum, quia omnes fere illorum interpretum explicationes mysticae hodieque plane sunt inutiles, neque in sequentibus de his Commentariis vberius dicam, nec auctor esse possum, vt aliquando edantur.

De his libri argumentis certior factus tum demum suspicatus sum, (nam Olearius nullibi significauerat, vnde illa descripsisset) ex Codice Manuscripto illa omnia descripta et nondum forte

edita esse, non memor tum nec versionis latinae Comment. Procopii in Octateuch. ab Andrea Clausero Tigurino ao. 1555: editae, quam ipse habebam, neque eorum, quae ex Catena Nicephori in Octat. graeca nota esse poterant. Itaque Io. Alb. Fabricio (Bibl. gr. L. V. 5. p. 258.) in consilium adsumto, cognoui accuratius, Codicem graecum Commentariorum illorum Procopii, qui in Bibliotheca Augustana fuisset, a Gottfr. Oleario descriptum, spemque propositam fuisse, fore, vt, quoniam illa Clauseri versio valde esset vitiosa, versione noua latina instructum ederet. Idem mox Caueum narrantem reperi. Plura, quae ad historiam illius inprimis Codicis Augustani valeret, suppeditauit etiam Nicephorus ille Theodocius, qui *σειράν* in Octateuch. graece editit. Is enim certior factus de illo Procopii Codice Mfso in Bibl. Augustana latente, ratusque fieri posse, vt ex eo non leue augmentum libro illi, quem moliretur, accederet, plane tamen ignarus illius apographi Oleariani, cum rogasset Bibliothecae illius Curatores, vt sibi Codicem mitterent vsurpandum, non accepit, eum solum, sed exinde etiam non nulla, quae vtilia viderentur, transcripsit. Omnem igitur formam Codicis et modum, quem ipse in eo tractando tenuisset, breuiter ita describit:

Δεσμάτως δὲ καὶ ἔτος καλλιγράφε μὲν καὶ ὀρθογράφε χειρὸς ἔργον, ἀλλ' ἐδ' ἑαυτὴν, ἐδὲ μὴν καθ' ὃ ἔγραψε δηλωσάσης ἔτος. ἀποσπασμάτια δὲ τῶν τῆς γραφῆς, εἶταν τῆς Ὀικατεύχου, τῶν Βασιλείων, καὶ τῶν Παραλειπομένων περιέχων, ὁ λοιπὸς ὅλος τῶν εἰς αὐτὰ ἐξηγήσεων πλήρης. ἂν ἄγαν ὀλίγα πάντως τῆ Προκοπίου, — ὡς τῆ παραδέσει ἔγνωμεν, καὶ αὐτὴ ἡ τέταρτη ἐπιγραφή δηλοῖ. Et verbis nonnullis interiectis, *τῆτα ἔν, pergit, τῶ κώδιμι τὸ ἡμέτερον ἀντίγραφον παραδέντες, ὅσα τῶν ὑπομνημάτων ἐν αὐτῷ ἔ προσῆν, ἀπὸ τῆ κώδιμος ἀναλεξάμεθα, πάνυ ὀλίγα καταλείψαντες.* Haec Nicephorus. Ipse vero Procopius in principio operis, rationem instituti sui reddit hanc: Ἴδὴ μὲν καὶ πρότερον Θεῷ τὸ δυνάσασθαι χορηγήσαντος τὰς καταβεβλημένας ἐν τῶν πατέρων καὶ τῶν ἄλλων εἰς τὴν Ὀικατεύχου ἐξηγήσεις συνλεξάμεθα ἐξ ὑπομνημάτων καὶ διαφορῶν λόγων ταύτας ἐρανισάμενοι. ἀλλ' ἐπεὶ τὰς ὕψεις αὐτὰς τῶν ἐνθεμένων ἐπι



ἐπὶ λέξεως ἐξεδήμεθα εἴτε σύμφωνοι πρὸς ἀλλήλας ἐτύγχανον  
 εἴτε μή, καὶ πρὸς πλῆθος ἀπειρον ἡμῖν ἐντεύθεν τὸ σύγγραμμα  
 παρετεινέτο, συνέιδον γοῦν πρὸς μέτρον συζαλὲς συνελεῖν τὴν γρα-  
 φὴν, ἐπειγόμενος εἰ μὲν τι σύμφωνον ἀπασιν εἴρηται, τῆτο  
 προσάπαξ εἰπεῖν· εἰ δὲ διάφορον, καὶ τῆτο συντόμως ἐκδέσθαι πρὸς  
 τὸ διὰ πάντων συγγενέσθαι σῶμα τῆς συγγραφῆς, ὡς ἐνὸς καὶ  
 μόνου τῶς ἀπάντων ἡμῖν ἐκδεμένε Φανεί. προσθήσομεν δὲ τι καὶ  
 ἕξωθεν εἰς τρανωτέραν ἔσθ' ὅτε παράστασιν. Quae Olearius ita latine  
 vertit: „Iam antea quidem, Deo vires largiente, consignatas in Osta-  
 teuchum enarrationes, ex Patribus aliisque scriptoribus congeffimus, ex  
 variis Commentariis et tractatibus eas corrogantes. Sed cum ipso-  
 rum interpretum sententias, nihil etiam mutatis verbis, siue consenti-  
 rent illi inter se, siue minus, proposuerimus, et exinde volumen no-  
 strum in immensum creuerit; visum fuit illud in iustam molem contra-  
 here, ita ut festinato quasi gressu semel dicantur illa, in quibus consen-  
 tire illos deprehendimus; illa vero, in quibus inter se dissident, breui-  
 ter exponantur, ut ex omnibus vnum totius huius operis corpus exsur-  
 gat, ita ac si vnus aliquis solus omnium sententias nobis redderet. Vt  
 autem omnia magis sint perspicua, ipsi quoque praeterea quandoque  
 aliquid addemus.„ Sed vt lector de iis, quae in his pollicitus est  
 Procopius, deque omni methodo, qua vsus fuerit in hoc opere  
 conflando, simulque de illis, quae praestare Nicephorus professus  
 est, accuratius iudicare, atque inprimis admirari doctrinam ac  
 diligentiam possit, quam Gottfridus ille Olearius noua versione  
 conficienda declarauit, primum operis locum describamus, qui  
 capituli primi Geneseos duos versus priores explicat. Quo ex-  
 posito deinde videbimus, sufficiatne in iis acquiescere, quae ex-  
 inde saepe nominatus ille Nicephorus edidit, an vero de inte-  
 gro illo opere in publicam lucem protrahendo cogitare, operae  
 pretium sit.

Οὐκ ἔν



Οὐκ ἔν ἐικότως ὁ Μωυσῆς τὰς ἐκείνων 1) ὕδατες καὶ τὰς ἀσεβεῖς καὶ θεομάχους ἐνοίας καταλιπών, „ἐν ἀρχῇ, Φησὶν, ὁ Θεὸς „ἐποίησε τὸν ἔρανον καὶ τὴν γῆν.“ ἀλλὰ γὰρ ἔτι, πρὶν τι κατὰ μέρος εἰπεῖν, τοῦτον ἐπιστημῆνασθαι χρῆ, ὡς ἐ πάσης δημιουργίας μνήμην ὁ συγγραφεὺς ἡμῶν ἐποίησατο, ἕτε γὰρ ἀγγέλους, ἕτε νοσῶν δύναμεις ἀνόμασεν. οἱ μὲν Φασὶ τῷ πρεσβυτέρως ἐκτίσθαι τὸ δετὸ κόσμῳ, οἱ δὲ τῷ συνεκτίσθαι τῷ κόσμῳ πᾶν νοητὸν τε καὶ αἰσθητὸν. ἀμα γὰρ τῷ τὰς ἀγγέλους ἔρανα περιέχοντι, καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτῶ περιεχομένους συνεκτίσθαι Φασίν. ὡς περ γὰρ ἐν ὀνομάσας, ἀέρα καὶ πῦρ τοῖς ἀκροῖς τὰ μέσα συνείληφεν, ἕτως ἐν ὀνομάσας ἀγγέλους συννοῆσθαι παρέσχε τῷ περιέχοντι. τί δὴ τῆτε γέγονεν αἴτιον; εἰ γὰρ ἀπὸ κελωνῆς κτισμάτων ὁ δημιουργὸς θεωρεῖται, κρείττεσ δὲ τῶν ὀρωμένων κτισμάτων οἱ ἀγγελοι, πῶς ἐ τὴν τέτων μᾶλλον ἔχρησεν παραστήσασα δημιουργίαν; ἀρ' ἐν ὡς ἀγενήτων τὴν

1) ἐκείνων ] Intelligit τὰς τῶν ἑλλήνων παύδας, quos vocat, quorum sententiam de creatione Deo

Merito igitur Moses nugis eorum impiis et Deo aduersantibus cogitationibus sepositis, *in principio*, inquit, *Deus fecit coelum et terram*. Verum priusquam aliquid specialius dicamus, indicare oportet quod non omnium opificiorum auctor mentionem fecerit. Neque enim angelorum, neque intellectualium virtutum meminit, idque ex quorundam sententia eo, quod ante mundum conditae illae fuerint, ex aliorum vero, quod vna cum mundo omnia sensibilia et intelligibilia creata sint. Dicunt enim vna cum coelo angelos complexo, hos etiam coelo comprehensos productos fuisse. Quemadmodum enim nec aërem ignemue nominans media extremis complexus est, ita etiam angelorum praetermissa mentione, sub eo, quod continet eos, intelligi illos voluit. Quae vero huius rei causa fuit? Si enim ex creaturarum pulcritudine creator cognoscitur, angeli vero illis quae oculis patent creaturis praestantiores sunt, annon eorum potius creationem repraesentare fas erat? An forte

forte  
in antecedentibus impugnaverat.

μνήμην παρέδραμεν; ἀπαγε, ἔστι γὰρ ἔτος ἀγένητα καὶ τὰ ἐσιγημένα σοιχεῖα. ἀλλὰ γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις <sup>2)</sup> συνεψέλλίζετο, ἐκεῖνα λέγων ὡν τέως ἀίεσεν ἠδύναντο. Καθάπερ γὰρ παιδῶν διδάσκαλος τὰ πρῶτα τέτοις σοιχεῖα παρέδωκεν, εἰδὼς ὡς ταῦτα μαθόντας ἕτεροι διδάσκαλοι διαδέχονται παραδιδόντες τὰ τελειότερα. ἡμελλόν γὰρ τοῖς αἰσθητοῖς ὥσπερ ὑποβάθρα χρησάμενοι, δύνασθαι τι καὶ περὶ τῶν ὑψηλοτέρων ἀίεσεν. Ἔθεν Δαβὶδ ὡς ἂν τις διδάσκαλος παρά διδασκάλῃ λαβὼν τὸν λαόν, αἰνεῖτε, Φησὶ, τὸν Κύριον ἐκ τῶν ἑρανῶν, αἰνεῖτε <sup>3)</sup> αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις, αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πάσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸς ἔπεν καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν· ἐτι δὲ καὶ ὁ μέγας Παῦλος Φησὶν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, εἴτε ὄρατὰ εἴτε ἀόρατα. Το γὰρ εἰρημένον τῷ Ἰωβ, ὅτε ἐγενήθησαν ἄστρα, ἤνεσαν με μεγάλη φωνῇ πάντες ἄγγελοί μου, ἔ παρίστησι <sup>4)</sup>

<sup>2)</sup> τοῖς Ἰουδαίοις] Hoc argumentum habet Chrylustomus, et Seuerianus ad h. l. sed longe aliter expressum. It. Theodoretus sub initium

forte eorum, quod conditi non sint, mentionem praetermisit? Apage. sic enim increata etiam essent elementa, quae silentio obuoluuntur. Cum Iudaeis itaque potius balbutire voluit, ea dicens, quae ferre illi tum poterant. Tradidit enim illis, sicut is qui pueros instituit, prima elementa tantum, certus, eos, ubi ista didicerint, alios facturos esse magistros, qui perfectiora illos edoceant. Sensibilibus namque rebus graduum instar vsi, ut de sublimioribus etiam aliquid percipere possent, idonei erant euasuri. Vnde Dauid, quasi sibi magistro ab alio magistro traditus esset populus, *laudate inquit, Dominum de coelis, laudate eum in excelsis, laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius quoniam ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt.* Sic et magnus ille Paulus ait: *quoniam in ipso condita sunt uniuersa, visibilia et inuisibilia.* Quod enim ad Iobum dicitur: *quando facta sunt sidera, laudauerunt me voce magna omnes angeli mei, non mani-*

Quaest. I. in Genesim.

<sup>3)</sup> αἰνεῖτε] Hunc locum Psalmi 148, 2. 5. etiam Theodoretus adfert.

<sup>4)</sup> ἔ παρίστησι] Hoc est argumentum

σαφῶς πρὸ ἔρανε καὶ γῆς γεγο-  
 νῆαι. τὰ γὰρ ἄστρα κατὰ τὴν  
 τρίτην ἡμέραν ἐγένετο. Τέτων  
 ἡμῖν ἀναγκάσιος προλελεγμένων,  
 χωρητέον ἐπὶ τὴν κατὰ μέρος  
 ἐξήγησιν, Ὡς τὸ δύνασθαι πρυ-  
 τανεύοντος.

Cap. I. 1. Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν  
 ὁ Θεὸς τὸν ἔρανον καὶ τὴν γῆν.  
 Ἡ ἀρχὴ δὲ λέγει χρόνον· ἐν τέ-  
 τε γὰρ ἤρξατο τῶν γεγόντων  
 ὁ χρόνος καὶ τὴν πρώτην ἔλαβε  
 ποίησιν, οἷόν ἐστι καὶ τὸ ἀρχὴ ὁ  
 δὲ ἀγαθὸς ποιεῖν δίκαια. ἀπὸ  
 δικαίων γὰρ πρῶξεω ἐπὶ τὸν μα-  
 κάριον βίον νινέμεθα. Κἂν γὰρ  
 ἀναποδίσῃς ἀπὸ τῶν μετὰ ταύ-

mentum Theodoretī Qu. IV. sine  
 dubio contra Senerum, qui ex lo-  
 co illo Iobi 38, 7. probare volebat,  
 angelos ante coelum creatos esse.  
 vid. Caten. Niceph. sed pro τρίτην  
 ἡμέραν sine dubio corrigendum τε-  
 τάρτην, quod et Theodoretus ha-  
 bet, et est constantaneum. Ergo  
 miror, id non animaduersum ab  
 Oleario, qui *tertia die* venit. Ce-  
 terum locum Iobi Procopius ita at-  
 tulit, vii hodie eum legimus in ed.  
 Rom. Sed Theodoretus l. c. et Se-  
 verus ita: ὅτε ἐποίησεν ἄστρα, ἤνεσαν  
 με πάντες ἀγγελοὶ μὲ.

5) ἢ ἀρχῆν] In declarandis va-  
 riis vocabuli ἀρχῆς significationibus  
 videtur Procopius Acacii Caesar.  
 Commentarium ante oculos habuif-  
 se. Nam hic ex omnibus aliis in-

manifeste euincit, ante coelos eos  
 et terram conditos esse. Tertia  
 enim die facta sunt sidera. Hisce a  
 nobis necessitate exigente prae-  
 missis, accedendum est ad spe-  
 cialiorem interpretationem, Deo  
 vires nobis largiente.

*In principio Deus fecit coe-  
 lum et terram.* Principium vel  
 tempus vocat; abhinc enim re-  
 rum conditarum tempus coepit  
 et primam originem habuit; ta-  
 le est illud: *principium viae bo-  
 nae est facere iusta*; a iustis enim  
 operibus ad vitam beatam tendi-  
 mus. Si enim a posterioribus tem-  
 poribus regrediari, hoc tempus  
 ter-

terpretibus plurima habet, quae ex-  
 planationi Procopiana, similia sunt.  
 Sed ita tamen sententias expressit  
 Procopius, vt non tam aliunde pe-  
 tita, quam proprio ipsius studio ex-  
 cogitata esse videantur. Illud sal-  
 tem intelligitur, eum sedulo ab-  
 scondere voluisse vestigia, vnde ap-  
 pareret se compilauisse. Ergo mo-  
 do verba sua interferit, vt illa quae  
 infra sequuntur: τὸ δὲ ἑβραϊκὸν  
 τὸ ἐποίησε σημαίνει καὶ τὸ ἐκτίσεν,  
 καὶ τὸ ἀνέδειξεν, ὅπερ ἔοικε μᾶλλον  
 ὀλλῆν ἢ γραφῆ, ὡς ἐξ ἐν ὄντων  
 ἀνδείξει, quae nusquam alibi repe-  
 riri potui; modo aliorum ipsa ver-  
 baponit, vt illa: θανατῶν δὲ, πῶς  
 πρῶτον ἐποίησε τὸν ἔρανον, εἴτα τὴν  
 γῆν, πρῶτον τὸν ἄερον, εἴτα τὸ ἔδα-  
 φος etc. quae sunt Chrylostomi ad h. l.

τα χρόνων, τέτον πέρας εὐρή-  
 σεις ἐξ ἡ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐποίη-  
 σατο. Ἡ ὅτι ἀρχάμενος ὁ θεὸς  
 δημιουργεῖν ταῦτα πρώτα πε-  
 ποίηκεν, ὡς περ ὁ οἰκοδομεῖν ἀρ-  
 χόμενος πρώτον ποιεῖ τὸ θεμέ-  
 λιον. Ἡ ἀρχὴν τῆ κόσμου φησὶ  
 τὴν τῆ ποιήσαντος τέχνην, ἀρ-  
 χὴ γὰρ τεχνικῶν ἔργων ἡ τέχνη,  
 ὡς ἡ σοφία τῆ Βεσαλεὴλ τῆ πε-  
 ρὶ τὴν σινηνὴν κόσμου. Ἡ ἐν ἀρ-  
 χῇ φησὶ τὸ πρὸς τέλος ἀγαθὸν  
 γεγονέναι σημαίνων· εἶπε παι-  
 δευτήριον ἐπὶ ψυχῶν, ὡς ἐλεη-  
 μοσύνης ἀρχὴν τῆ θεῶ λέγομεν  
 τὴν ἀποδοχὴν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν  
 μακαριότητα. Ἰσως δὲ ἀρχὴν  
 τὸ ἀχρονον καὶ τὸ ἀκαρκεῖον  
 ἐκάλει τῆς δημιουργίας. ὡς γὰρ  
 ἀρχὴ ἂν εἴη ἄδης, ἀμερῆς γὰρ  
 ἡ ἀρχὴ· ἐδὲ τῆ χρόνου ἡ ἀρχὴ  
 χρόνος· εἰ γὰρ χρόνος εἰς τὰ  
 τῆ χρόνου διαμετρήσεται μέρη,  
 καὶ ἔξει πάλιν ἀρχὴν, καὶ τέτο ἐπὶ  
 ἀπειρον ἀρχὴν δὲ ἀρχῆς προσ-  
 επιποεῖν ἀγαν ἀλόγητον. Δηλοῖ  
 ἐν ὡς ἅμα δὲ θεὸς ἡβλήθη καὶ  
 γέγονε τὰ γενόμενα· σημαίνει δὲ  
 ποτε τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα τὴν  
 βασιλείαν, ἢ καὶ ἡ καὶ ἐνταῦθα

terminum inuenies a quo prin-  
 cipium cepit (Moses). Vel in-  
 dicat, Deum creare incipientem  
 illa primum fecisse, quemad-  
 modum qui domum exstruere  
 incipit, primo loco ponit fun-  
 damentum. Vel principium  
 mundi dicit creatoris artem;  
 operum enim arte factorum  
 principium ars est, quemadmo-  
 dum sapientia Beseleelis ornatus  
 tabernaculi. Vel etiam dicit  
 in principio, vt ad bonum finem  
 facta innuat; si quidem anima-  
 rum schola hic aperitur, quemad-  
 modum misericordiae Dei prin-  
 cipium dicimus adoptionem no-  
 stram, et quae independet beat-  
 tudinem. Sed fortassis etiam  
 principium dixit, vt momenta-  
 neam in instanti factam creatio-  
 nem ostenderet. Quemadmo-  
 dum enim viae principium non  
 ipsa est via, partes enim prin-  
 cipium non habet; sic neque tem-  
 poris initium tempus est. Si  
 enim tempus in temporis par-  
 tes rursus diuidetur, principium  
 iterum habebit, et ita in infini-  
 tum progressus fiet: principii  
 vero principium mente etiam  
 concipere, valde a ratione est  
 alienum. Significat igitur eo-  
 dem quo Deus voluit momen-  
 to factas esse res conditas. Si  
 B 2 gnifi-

ὅτι βασιλεὺς ὢν καὶ ἐξουσιαστὴς  
πεποίηκε τότε τὸ πᾶν ἐκ ἄλλα-  
χάθεν τὴν ὕλην λαβῶν. ἀλλ' ἄ-  
μα τοῖς εἰδοσι καὶ τὴν ὑποκει-  
μένην ὕλην εἰς τὸ εἶναι παρήγα-  
γεν. Ἐν δὲ τῷ ἑβραϊκῷ ἡ ἀρ-  
χή κεφαλὴν σημαίνει. καὶ δύνα-  
ται ἕρανόν καὶ τὴν γῆν πρῶτα  
ὄντα τῶν ὁραμένων δημιουργή-  
ματα κεφαλὴν καλεῖν, ὥσπερ  
κεφαλὴ σώματος ἐστὶ θεοσεμο-  
νον ἀλλὰ καὶ τῇ αἰσθήσει καὶ  
τῇ ζωῇ ἡγεμονιώτερα. Τῆς  
μὲν ἐν κτίσεως ὁ Μωϋσῆς λέγει  
τὰ πρῶτα γεγονότα, τὸν δὲ  
ποιήσαντα πρὸ πάντων ἠβελή-  
θη νοεῖσθαι τῶν γεγονότων, ἔ-  
μετρηῶ τῷ διαστήματι προῦ-  
πάρχοντα. ἔδυνατόν γάρ αὐ-  
τῷ μετρηθῆναι τὴν ὑπαρξίν·  
ἐδιδάχθη δὲ τῷ θεῷ τὸ αἰδίον,  
ἐν Χωρήβ εἰπόντος αὐτῷ, ἐγὼ  
εἰμι ὁ ὢν, μεθ' ὃ τὴν παρεῖσαν  
γραφὴν παρεσήσατο. μὴ μα-  
θῶν γὰρ τὸν θεόν, πῶς ἂν εἶπῃ  
τῷ παντὸς δημιουργόν; ἢ πῶς  
τῆς ἀγνωστίας ἐδίδακται ὅτι  
ἐπαίσηεν ὁ θεός; νῦν δὲ ὡς εἰ-  
δόσι, Φησὶν ὡς ὁ θεὸς ὃν ἔγνωτε  
δι' ἐμῆ ὡς αἰδίου ἐσιν, ὡς ὢν,  
ὡς μόνος, ἔτος δόξαν\*) αὐτῷ τὸν  
ignorantes docuisset, Deum illa  
fecisset? Iam vero illis, tan-  
quam Deum cognoscentibus ait:

\*) δόξαν αὐτῷ] si lectio haec sana  
est, falso vertit Olearius in gloriam

gnificat vero etiam quandoque  
vox ἀρχὴ imperium, ita vt hoc  
quoque isto in loco innuatur,  
tanquam regem et principem  
vniuersum hoc condidisse Deum,  
non aliunde accepta materia,  
sed simul cum formis substratam  
etiam materiam producentem.  
In Ebraica vero lingua  
principium etiam caput denotat,  
potestque (Moses) coelum et  
terram, quae primum inter vi-  
sibiles creaturas locum tenent,  
caput appellare, quod caput  
non positu solum, sed vita et  
sensu etiam principalis corporis  
pars sit. Ea itaque, quae in crea-  
tione primo loco facta sunt Mo-  
ses indicat; creatorem autem  
omnibus creaturis antiquiorem  
existimari voluit, non mediocri  
interuallo eas anteuertentem.  
Aeternae enim rei existentiam  
metiri nemo potest. Dei vero  
aeternitatem in Choreb edoctus  
est, vbi ei aiebat: *ego sum, qui  
sum*, post quod demum tempus  
praesens opus consignauit. Ni-  
si enim Deum cognouisset, quo-  
modo vniuersi opificem eum  
dicere potuissent? aut quomodo  
quod Deus ille, quem ipso edo-  
cente

suam. Immo absolute posita vox δό-  
ξαν notat: quia ei videbatur, libere,

ἔρανον ἐποίησε καὶ τὴν γῆν. Καὶ  
 τὸν χρόνον δὲ ἡμῖν μετὰ πάσης  
 ἀριθμῆ τῆς ἀκριβείας, ὡς ἀν  
 γνωίμεν τῆτε θεῶ τὸ ἀπερί  
 ριστον, καὶ τῆς κτίσεως τὸ πε  
 ριωρισμένον, τὸν χρόνον ἔχον  
 τες, ἀφ' ἧ τῆ εἰνα ἐλήφε τὴν  
 ἀρχὴν. Ὁθεν, ἐποίησε, Φησὶν,  
 καὶ ἐκ, ἦν, ὅπερ ἐπὶ τῆ θεῶ λό  
 γω Φησὶν ὁ Ἰωάννης. αἰδοῖς  
 μὲν γὰρ ἀρμόττει τὸ ἦν, κτί  
 σμασι δὲ τὸ ἐγένετο. Ὁθεν πε  
 ρὶ τῆ βαπτισῆ προῖόν, Φησὶν  
 ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος  
 ἐπὶ θεῶ· εἰ δὲ προῖόν, Φησὶν ὁ  
 Μαυσῆς· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος,  
 θαυμασὸν ἔδεν· ἦν γὰρ γενο  
 μένη μετὰ γὰρ τὸ ἐποίησε, Φη  
 σὶ τὸ ἦν ἀόρατος. τὸ ἰδὲ Ἑ  
 βραϊκὸν τὸ ἐποίησε σημαίνει  
 καὶ τὸ ἐκτίσεν καὶ τὸ ἀνέδειξεν,  
 ὅπερ ἔοικε μᾶλλον δηλὲν ἢ γρα  
 φῆ, ὡς ἐξ ἐκ ὄντων ἀνέδειξε.  
 τὸ γὰρ ἐποίησεν ἐπειδὴ λέγεται  
 καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ τινὸς γιγνομέ  
 νων, ὅον ὅτι ἐκ σιδήρε δρέπα  
 νον ἢ τί τοῖτον ὁ τεχνίτης  
 ἐποίησε, δέδωκε τίσι λαβὼν τῆ

cente cognouerint vt aeternum,  
 vt illum qui est, vt solum, quod  
 ille ipse Deus in gloriam suam  
 coelum conderit et terram.  
 Tempus vero etiam accuratissi  
 me designat, vt scilicet tum  
 Dei cognoscamus infinitatem,  
 tum finitam creaturarum natu  
 ram, tempus tenentes, a quo ex  
 sistendi ceperunt initium. Hinc  
 fecit, inquit, non, erat, quod  
 quidem de Deo verbo Ioannes  
 vsurpauit. Rebus scilicet aeter  
 nis verbum ἦν h. e. erat, crea  
 tis vero ἐγένετο competit, inde  
 que in sequentibus de Baptista  
 ait: ἐγένετο (h. e. erat) homo  
 missus a Deo. Neutiquam vero  
 mirandum est, quod pergens di  
 cit Moses: terra autem erat inui  
 sibilis, iam enim constabat esse  
 factam, siquidem post creauit  
 subiungat erat inuisibilis. He  
 braica vero vox verbo fecit re  
 spondens, tam facere, quam in  
 conspectum producere notat, po  
 streмум autem potissimum si  
 gnificare scriptura videtur, quasi  
 scilicet ex non existentibus in  
 conspectum produxerit. Ver  
 bum enim fecit, cum de illis et  
 iam vsurpetur, quae ex aliqua  
 fiunt materia, v. g. cum artifi  
 cem ex ferro falcem vel aliquid  
 simile facere dicimus; ansam  
 B 3 id

λέγειν, ὡς Μαϋσῆς ἐξ Αἰγυπτίων μαθητῶν ἐξ ὕλης προϋποκειμένης γεγονέναι τὸ πᾶν, εἰκότως εἶπεν ἐποίησεν ὧν ἀγνοῦντες τὴν συκοφαντίαν οἱ ἐρμηνεύσαντες, ἐποίησεν ἔπαν. δέον εἶπεν τὸ ἀνέδειξεν, ὅπερ εἰκὸς εἶπεν Μαϋσέα πρὸς τὰς τὴν ὕλην εἰσάγοντας ἀνθιστάμενον. ὡς γὰρ μὴ . . . . . προϋπάρχεν εἰδὼς ἀντὶ ὕλης ἕρανον καὶ γῆν καὶ τὴν ἄβυσσον προγεγονότα λαβῶν, τὴν ἐξ αὐτῶν εἰσηγήσατο διακόσμησιν. τοιγαρὲν ἢ πρώτη ἡμέρα πολὺ διαφέρει τῶν ἄλλων τῶν μετ' αὐτὴν. ἐν ταύτῃ μὲν γὰρ τὰ γενόμενα ἐν μὴ ὄντων ἐποίησεν ὁ θεὸς, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἐδὲν ἐξ ἑκόντων ἐποίησεν, ἀλλ' ἐξ ὧν κατὰ τὴν πρώτην εἰργάσατο. Θαυμαστὸν δὲ πᾶς πρῶτον ἐποίησε τὸν ἕρανον, εἶτα τὴν γῆν, πρῶτον τὸν ὄροφον, εἶτα τὸ ἔδαφος. ἀλλ' ἢ παραδόξον ἢ γὰρ ἀνάγκη φύσεως ὑπόκειται, εἰδὲ ἀκολουθία τέχνης δελεῦσε. τὸν δὲ τασσόν ἕρανον τὸν μέγαν τε καὶ φαιδρον καὶ διαρκή, καὶ ἐπὶ το-

id quibusdam dedit, ut statuerent, Moſen iſterbum fecit merito adhibuiſſe, quod ex praeexiſtente materia omnia facta eſſe ab Aegyptiis accepiſſet: quorum cauillationem non praeuidentes interpretes verbo fecit uſi fuerunt. Vertendum itaque erat in conſpectum produxit, quod Moſen dixiſſe verofiſimile eſt, ut illis obſiſteret qui materiam (praeexiſtentem) inducere uolunt. Etenim quaſi nihil plane praeexiſtere noſſet, coelum et terram atque abyſſum primum omnium facta pro materia accipiens, quomodo ex illis concinnatus mundus fuerit, expoſuit. Ideoque prima dies multum differt a reliquis eam inſecutis; in illa enim quae facta ſunt, ex non exiſtentibus fecit Deus; in reliquis uero nihil ex non exiſtentibus ſed ex iis, quae prima die produxerat, condidit. Mirum autem, quod coelum primo, poſtea uero terram condiderit; faſtigiū primo, poſtque illud demum pauimentum. Sed nihil hic eſt abſurdi; non enim naturae neceſſitati eſt obnoxius, nec ordini ab arte praefcripto ſeruiliter eſt adſtrictus. Hoc autem tam magnum coelum tam uultum et ſplendidum, tam prae-



σῶτον ἐσηκότες χρόνον ὁ Θεὸς ὡσανεὶ παίζον τις καλύβην ποιήσεν, ἔτω μετ' εὐκολίας ἐποίησε, καὶ τὸτο ἐμφαίνων Ἡσαίας <sup>6)</sup> ἔλεγεν ὁ τῆσας τὸν ἔρανον ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνὴν ἐπὶ τῆς γῆς. ἐκ τῆσας δὲ τῶ ἔρητῶ τινέσ, μᾶλλον δὲ οἱ πλείεσ ἡμισφαίριον εἶναι τὸν ἔρανον ἀπεφῆναντο, ἄλλων αὐτὸν σφαῖραν ὑποθεμένων. περὶ δὲ τῶ σχήματος αὐτῶ καὶ τῆσ σέσσεωσ Φησὶν ὁ Ἀπόστολοσ καὶ τῆσ σκηνῆσ <sup>7)</sup> τῆσ ἀληθινῆσ, ἣν ἐπῆξεν ὁ κύριοσ καὶ ἐκ ἀνθρώποσ. πῶ τοῖνον οἱ λέγοντεσ δονέσθαι τὸν ἔρανον, καὶ σφαιροειδῆ τῶτον ἀποφανόμενοι; τῶτων γὰρ ἐκᾶτερον ἐν τῶσ εἰρημένοισ ἀνήρητα. Ὅτι δὲ ἀρχὴν ἔχει καὶ τέλος οἱ Προφῆται σημαίνουσι, λεγέσθε τῆσ γραφῆσ ὁ ἥλιοσ ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλ' ἐκ, ἀνήλθε. Καὶ πάλιν ἀπ' ἀκρῶ τῶ ἔρανοσ ἡ ἐξοδοσ αὐτῶ, ἔχ, ἡ ἀνοδοσ. ἡ σφαῖρα δὲ ἀκρον ἐκ ἔχει. καὶ ὁ σωτήρ

6) Ἡσαίας] Cap. 40, 22. vbi vero in edit. nostris ita legitur: ὁ σῆσας ὡσ καμάραν τὸν ἔρανον, καὶ διατείνας ὡσ σκηνὴν κατοικεῖν.

7) καὶ τῆσ σκηνῆσ] Hunc locum

praeclare instructum, et tanto temporis spatio durans facili adeo negotio condidit Deus, ac si ludibundus aliquis gurgustium quoddam exstrueret. Et hoc ipsum Esaias indicat dicens: qui statuit quasi cameram coelum, et extendit illud quasi tabernaculum super terra. Ex hoc autem dicto nonnulli, imo plerique, hemisphaerium esse coelum probarunt, aliis sphaericum illud esse supponentibus. Sed de figura eius et stabilitate Apostolus ait: et tabernaculi veri quod fixit dominus et non homo. Vbi igitur sunt dicentes circumvolui coelum, et sphaericam eius esse figuram sostendentes? vtrumque enim istorum in allegatis verbis destruitur. Quod vero principium habeat et finem, Prophetae significant, dicente scriptura: Sol egressus est super terram, non autem ascendit. Et iterum: a summo caelo egressio eius, non vero, astensio. Sphaera autem summum non habet. Quin et saluator inquit: Quando

ex Hebr. 8, 2. nullus veterum interpretum adduxit. Ceterum, quae ad h. l. Procopius de sphaera disputat satis absurda, sumta sunt ex Acacio et Seuero ad vers. 5. vid. Niceph. Caten. Octat. p. 20, 22.

δὲ Φησὶν· 8) Ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς  
τῆ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτῆ,  
ἀποσείλει τὰς ἀγγέλους αὐτῆ  
μετὰ σάλπιγγος καὶ Φωνῆς με-  
γάλῃς, καὶ συνάξει τὰς ἐκ-  
λεκτὰς με ἀπ' ἀκρῶ τῆ ἔρανῆ  
ἕως ἀκρῶ αὐτῆ. Καὶ Μαυθῆς  
δὲ Φησὶν· ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς  
ἔκτισεν ὁ θεὸς ἄνθρωπον ἐπὶ  
τῆς γῆς, καὶ ἕως ἀκρῶ τῆ ἔρα  
νῆ. Καὶ Ἡσαΐας· Κύριος σα-  
βαὼθ ἐντέταλται ἔθνεσιν ὀπλο-  
μάχῳ ἐρχεσθαι ἐκ γῆς πάρθῳ  
ἀπ' ἀκρῶ θμελις ἔρανῆ. ἀλλὰ  
μὴν εἰδὲ ἔμφυχος, καὶ ἡ γρα-  
Φὴ προσωποποιεῖ 9) τὸν ἅπαντα

do veniet filius hominis in gloria  
sua, mittet angelos suos cum tu-  
ba et voce magna, et congrega-  
bunt electos meos a summis coelo-  
rum usque ad terminos eorum.  
Moses etiam dicit: ab ea die qua  
creavit Deus hominem super terra  
usque ad summitatem coeli. Et  
Esaias: Dominus Zebaoth manda-  
vit genti bellicosae, ut veniat de  
terra longinqua a summo funda-  
mento coeli. At certe nec ani-  
matum est, quavis scriptura  
sacra uniuersum mundum per  
profopoeiam representet, ut  
scilicet maior orationi inde ac-  
cedat

8) ὁ σωτὴρ Φησὶν] Matth. 24,  
31. Hunc locum integrum solus  
Procopius attulit, Acacius et Seue-  
rus verba modo vltima. Sed vide-  
tur Procopius istum locum memo-  
riter adscripsisse, partim quod ver-  
ba priora ὅταν — δόξῃ αὐτῆ non  
ibi, sed potius Cap. 25, 31. legun-  
tur, partim quod cetera aliter in  
editionibus nostris exhibentur.  
Quod scripsit ἐκλεκτὰς με, scriben-  
di vitio finillimum est, pro αὐτῆ.

9) προσωποποιεῖ] Hic locus de  
Profopoeia bene descriptus, vi-  
deri potest a Procopio additus esse,  
quoniam nullus interpretum ad  
h. l. eius mentionem fecit.  
Quamuis rationem Profopoeiae  
iudicandae mutuasse videtur a Theo-  
doreto, qui variis in locis non simi-  
liter modo de ea iudicat, sed et ea-

dem fere verba haber. vid. Theod.  
ad Esaias 30, 19. Et ad Cap. 50,  
20. αἱ: προσωποποιεῖ πάλιν ὁ  
προφητιὸς κέχρηται λόγος, εἰς  
πλείονα σαφήνειαν τῶν λεγομένων.  
Deinde ad Thren. 2, 18. etc. πά-  
λιν δὲ προσωποποιεῖ κέχρημένος ὁ  
Προφήτης, τοῖς περιβάλοις καὶ τῇ  
πόλει παρακλιεῖται, νυκτῶρ καὶ  
μεθ' ἡμέραν δακρυεῖν, διὰ τὰς παν-  
τοδαπὰς συμφορὰς. λέγει δὲ καὶ  
τὴν ὑπερβολὴν τῶν καιῶν. Deni-  
que ad illum locum Pauli Rom 8. 22.  
quem et ipse Procopius attulit,  
Theodoretus haec disputat: ταῦτα  
δὲ εἶφη, εἰ λογικὴν εἶναι λέγων τὴν  
ὀρωμένην κτίσιν, ἀλλὰ προσωπο-  
ποιεῖ χρησάμενος. τὸτο γὰρ καὶ  
τῶν προφητῶν ἴδιον. καὶ ὁ μὲν ὀλο-  
λύσειν λέγει τὰς πότις, ὁ δὲ θεὸς ἀγαλ-  
λιάσθαι τὰ ξύλα, καὶ τὰ ὄρη σιρι-  
τῶν, καὶ τὰς ποταμὸς κροτῶν.

κόσμον ὑπὲρ τῆ γενέσθαι τὸν λόγον ἐμφατικώτερον, ποταμὸς χερσὶ κροτέντας εἰσάγεσσαι, καὶ βενὸς ἀλομένους, καὶ ὄρη σικρῶντα, πρὸς τὸ μαθεῖν τῶν ἀγαθῶν τὴν ὑπερβολὴν καὶ τῶν ἀνασθητῶν ὡς ἐπεὶν καθι- κνημένην. Κατὰ τῶν δὲ λυπη- ρῶν πολλάκις τῆτο ποιῆ, ἀμ- πελον θρηῆσαν εἰσάγεσσαι, καὶ οἶνον καὶ ὄρη καὶ τὰ φατώμα- τα ἐλολύξαντα τὴ καὶ δι' ὑπερ- βολὴν τῶν κακῶν. ὅθεν καὶ ὁ θεὸς Ἀπόστολος τὴν κτίσιν φησὶ φεναῖσεν καὶ ὠδίνεν, ἵνα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐνδέξῃται τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν ἐπιθυ- μίαν τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν κα- τεχόντων κακῶν. ἀλλὰ μὴ ἐδὲ αἰδῖος ὁ ἕρανος, τὸ γὰρ αἰθῖον ἀσώματόν τε καὶ ἀσχηματίστον καὶ ἀσύμμετρον καὶ ἀπερίγρα- φον.

v. 2. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκευάστος. ἀόρατον φη- σὶν <sup>10)</sup> εἶχ' ὡς μὴ πεφικυῖαν ὀρεῖσθαι, ἀλλ' ὡς ὀρατὴν μὲν φύσει, κρυπτομένην δὲ τοῖς ὕδα- σιν. Ἦν γὰρ ἀόρατος, τῆτ

10) ἀόρατον φησὶν] Haec ei quae sequuntur, immutata sunt ex interpretatione Seueri. vid. Caten. Niciph. p. 12. ut exinde intelligi possit, quomodo Procopius illos veteres excerpere, atque in usum suum

cedat vis, fluuios manibus plau- dentes inducens, et colles sal- tantes, montesque exultantes, vt inde bonorum intelligamus exsuperantiam, quae sensu quo- que deftituta quasi afficiat. In tristibus quoque rebus haud raro hoc facit scriptura: vitem si- stens lacrymas fundentem, et vinum montesque et laquearia templi eiulantia, propter malo- rum magnitudinem. Quapro- pter et D. Apostolus *ingemiscere* et *parturire* dicit *creaturam*, vt futurorum bonorum ostenderet excellentiam, et desiderium liberationis a malis vndequaque circumstantibus. At nec aeter- num est coelum, id enim quod aeternum est, corporis expers et figurae est, simplex praeterea, et circumscribi non potest.

*Terra autem erat inuisibilis et incomposita.* Inuisibilem dicit, non quod apta nata haud fuerit vt videretur, sed quod aquis obtecta fuerit, natura sua visibilis. Inuisibilis itaque erat h. e. incul-

ta  
conuertere solitus fuerit. Quod ve- ro dicit Aquilam pro ἀόρατος vertisse κενῆ, in eo differt a Seuero, qui Aquilae versionem hanc ponit: κένωμα καὶ ἕδον.

C

ἐξ ἰσότητος καὶ ἔπω θείας  
 ἀξία. ὁ γὰρ Ἀκύλας ἀντὶ τῆ  
 ἀόρατος ἔπε κενή, τῆτ' ἐσι κό  
 σμῃ παντός ἐξεσημένῃ, ὅσος ἐν  
 Φυσίσι ὁραταὶ καὶ ποταμοῖς  
 καὶ πηγαῖς. τοιγαρὲν Φησὶν  
 ἢ γραφῆ περὶ τῶς εὐπρεπέος  
 καὶ ἀνδρείε' ἐχ' ἔτος, Φησὶν,  
 ἐπάταξε τὸν ἄνδρα τὸν Ἀγύπ  
 τῶν ἄνδρα ὁρατόν; τῆτ' ἐσι θαι  
 μαζὸν καὶ ἀξίον θείας, ἀλλως  
 γὰρ πάντες ἐσμὲν ὁρατοὶ, ἵνα ἢ  
 αὐτὸ τὸ ἀόρατος τῶ ἀκατα  
 σκεύατος. ἐδὲ γὰρ ὕλην τινὰ  
 Φησὶν ἐξεσημένῃν εἰδῶν, καὶ τῆς  
 ἐκ τέτων κατὰσκευῆς, ἢ γὰρ  
 ἀν καὶ τὸν ἔρανον ἔπεν ἀκατα  
 σκεύατος, ἔπερ ἐξ ὕλης πάν  
 τα πεποίηκε, καὶ ἐδ' ἀν ἔπε  
 τὸν μὲν ἔρανον, τὴν δὲ γῆν.  
 πλὴν εἰ μὴ λέγοιεν ὡς ὕλης δύο  
 πεποίηκεν. ἐκέν δὲ καὶ τὸν ἔ  
 ρανον εἰδοποιήθηναί ὡς περ τὴν  
 γῆν. ὁ δὲ θεομάχος Μάνης  
 τὸ ἦν Φησὶ δηλῶν τὸ τῆς ὕλης  
 αἰγένητον. Καίτοι πρόκειται τῆ  
 ἦν τὸ ἐποίησεν. ἀλλως τε ἐδὲ τὸ  
 ἦν αἰεὶ δηλοῖ τὸ αἰδίον, ὡς τὸ ἦν  
 ὁ ἀνθρώπος ἐκένος εὐγενῆς τῶν  
 ἐφ' ἡλῆς ἀνατολῶν. ἴσως δὲ  
 καὶ ἱ) ἀόρατον Φησὶν ἔπει ἔπω  
 ἦν ταύτης θεάτης ἀνθρώπος,  
 εἰ δὲ καὶ ἦν, ἔπω τὸ φῶς ἐγε

ta adeoque conspectu indigna.  
 Aquilas enim pro *inuisibilis* ver  
 tit *inanis*, h. e. omni cultu qui  
 in plantis fluviiisque et monti  
 bus perspicitur, desituta. Hinc  
 etiam scriptura de viro quodam  
 eximio atque forti ait: *Nonne*  
*hic percussit virum Aegyptium vi*  
*rum spectabilem?* hoc est, ad  
 mirandum atque conspicuum,  
 alio enim sensu omnes specta  
 biles fumus, vt adeo idem sit  
*inuisibilis* ac *incomposita*. Neque  
 enim de materia aliqua loqui  
 tur formis, et quidem ex illis  
 etiam cultu desituta; sane enim  
 coelum etiam incompositum di  
 xisset, si quidem ex materia  
 omnia fecit, neque certe hoc,  
 coelum, illam vero, terram voc  
 casset. Nisi forte dixerint duas  
 materias Deum fecisse. Et coe  
 lum igitur formis indui oportebat  
 quemadmodum terram. Impius vero ille Manes verbum  
*erat* significare ait materiae aet  
 ternitatem. Verum ante verbum  
*erat* ponitur *fecit*, nec alias semper  
 verbum *erat* aeternitatem  
 notat, v. g. in istis: *et erat ho*  
*mo ille nobilis inter eos qui a so*  
*lis ortu*. Forte autem etiam in  
 visibilem dicit, quod homo eius  
 spe

11) ἴσως δὲ καὶ] Haec sententia

fuit Acacii. vid. Caten. Niceph. p. II.

γένητο· ὅτι δὲ τὸ ἀκατασκευά-  
 ζον τὸ ἀκόσμητον δηλοῖ, δηλον  
 ἐξ ὧν ἐτέρωθε Φησί. ποιῶν  
 βέλτιον κατεσκευάσαί σε ὡς  
 πηλὸν κεραμέως. ὡς γὰρ ὁ  
 κεραμεὺς πηλὸν ἀδιακόσμητον  
 εἰς ὃ τι βέλεται μεταρρυθμίσει  
 σκευός, ἔτω καὶ γὰρ σὲ πηλὸν ἐν  
 γῆς λαβῶν ἐπὶ τὸ βέλτιον με-  
 τεσκευάσα, ὡς ἀνθρώποις ἀδύ-  
 νατον λέγειν οἷος ἐξ οἷος γεγένη-  
 σαι· τίνος δὲ ἕνεκα<sup>12)</sup> τὸν μὲν  
 ἔρανὸν ἀπαρτισθέντα παρήγα-  
 γε, τὴν δὲ γῆν κατὰ μικρὸν αὐ-  
 τὸν τεχνιτεύειν Φησὶν ἡ γραφή;  
 ἵνα ἐν τῷ κρείττονι σοικεῖω μα-  
 θῶν αὐτὴ τὴν δύναμιν, πληρο-  
 φορηθῆς ὅτι καὶ ταύτην ἡ δύνα-  
 το καθάπερ ἐκείνου ἀπηρτισμέ-  
 νην παραγαγεῖν. διὰ σὲ δὲ καὶ  
 τὴν σωτηρίαν τὴν σὴν ἀκατά-  
 σκευος γέγονε, κοινὴ γὰρ τρα-  
 πεζα<sup>13)</sup> καὶ πατρὶς καὶ τροφὸς  
 καὶ μήτηρ ἀπάντων ἐστὶ καὶ πό-  
 λις καὶ τάφος κοινός. ἵνα ἐν  
 μὴ<sup>14)</sup> τὸ τῆς χρείας ἀναγκάϊον

12) τίνος δὲ ἕνεκα] Haec est  
 quaestio Chrysofomi ad hl. quam  
 vero, quoad verba, immutavit Pro-  
 copius. Ille enim sic quaerebat:  
 τίνος ἕνεκεν εἶπε μοι, τὸν μὲν ἔρα-  
 νὸν Φαίδρεν καὶ ἀπηρτισμένον πα-  
 ρήγαγε, τὴν δὲ γῆν ἀμείρωτον ἐδει-  
 ξεν;

13) τραπέζα] Ita Procopius mu-  
 tavit illa Chrysofomi: ἐξ αὐτῆς,  
 (γῆς) τροφόμεθα, καὶ τῶν μυρίων

spectator nondum existeret, et  
 licet fuisset, lux tamen condita  
 nondum erat. Quod vero in-  
 compositum idem fit quod orna-  
 tu carens, ex illis quae alibi di-  
 cit, apparet: faciens melius com-  
 posui te sicut lutum figulus. Quem-  
 admodum enim figulus lutum  
 forma destitutum, in quodcum-  
 que placuerit vas transformat;  
 sic ego etiam te lutum e terra  
 accipiens, ut melius quiddam  
 euaderes, in aliam formam te  
 verti, ita ut nemo mortalium  
 dicere possit, qualis et ex quali  
 natus fueris. Quare autem coe-  
 lum quidem per seclum reprae-  
 sentavit, terram vero per partes a  
 Deo fabricatam ostendit? Ut in  
 re praestantiore potentiam eius  
 percipiens certus reddaris hanc  
 pariter ac istud eum perfectum  
 statim sistere potuisse. Tui au-  
 tem tuaeque salutis causa incom-  
 posita facta terra fuit: commu-  
 nis enim mensa et patria, im-

mo  
 αγαθῶν δι' αὐτῆς ἀπολαύομεν.

14) ἵνα ἐν μὴ] Haec et quae se-  
 quuntur Chrysofomus ita expressit:  
 ἵνα μὴ διὰ τὸ τῆς χρείας ἀναγκάϊον  
 ὑπὲρ τὴν ἀξίαν αὐτὴν τιμῆσιν τὸ  
 τῶν ἀνθρώπων γένος, δέκνυσαι σοι  
 αὐτὴν πρότερον ἀμείρωτον καὶ  
 ἀδιατύπωτον. ἵνα μὴ τῇ φύσει τῆς  
 γῆς τὰς ἐξ αὐτῆς εὐεργεσίας λογι-  
 σθῇ, ἀλλὰ τῷ ταύτην ἐν τῇ μὴ ὄν-  
 τος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντι.

Θαυμάζων Θεοποίησιν αὐτὴν,  
 δεινῶσι σοι ταύτην ἀδιατύπω-  
 τὸν τε καὶ ἀκαλλῆ. καὶ γὰρ  
 ἔτω τὴν ἀσθενεῖαν ὄραντες τὸν  
 καὶ παραγαγόντα καὶ κοσμή-  
 σάντα ταύτην θαυμάζομεν.

mo nutrix et mater, commu-  
 nis etiam omnium ciuitas est  
 atque sepulcrum. Ne itaque,  
 quam vsus eius tibi sit necessa-  
 rius considerans, diuinis hono-  
 ribus eam prosequaris, infor-  
 mem illam et foedam tibi ob  
 oculos ponit. Hac enim ratio-  
 ne eius videntes vtilitatem eum  
 qui produxit et exornauit illam,  
 solum admiramur.

Iam hoc loco exposito, illud quidem primum omnium fa-  
 tendum est, in illo opere Procopiano, ex veterum Theologorum  
 Commentariis conflato, non valde multum inesse posse ad artem  
 interpretandi amplificandam praesidii, passim etiam reperiri, quae  
 non satis conueniant nostris temporibus, nobisque, doctissimo-  
 rum hominum studiis meliora paullatim atque accuratiora edo-  
 ctis, molestam subinde ignorantiae suspicionem afferant. Ve-  
 rum, si voluerimus his rationibus ac iudiciis veterum illorum  
 vsum metiri, quotusquisque eorum futurus esset, quem ferre ele-  
 gantia hodierna posset? Immo vero ita non plane contemnimus  
 hodie singulos, Origenem, Basilium, Chrysostomum, Theodore-  
 tum, caeteros, vt iis etiam pretium aliquod statuamus; eos lega-  
 mus, sententiarum exempla ex iis repetamus, saepe hos solos  
 fontes existimemus, e quibus rerum ad doctrinam Theologicam,  
 et maxime crisin sacram pertinentium praesidia hauriamus.  
 Cur igitur, quem vsum singulis non denegamus, eum negemus  
 concedendum esse huic operi Procopiano, quod cunctos exhibet?  
 Laudamus studium illorum, qui Catenas patrum, quae vocantur,  
 ediderunt, putamusque in iis vtilissimum rerum veterum Theo-  
 logicarum cognoscendarum compendium esse. Neque iniuria.  
 Quid.

Quidni vero, si non maiorem, at parem certe vtilitatem praestitutum arbitremur illud opus Procopii, qui ratione ista, quam se in exponendis veterum sententiis sequutum esse dicit, profecto effecit, vt commodior etiam nobis intelligentia esset eorum, quae ab illis interpretibus ad Scripturam sacram adnotata sunt. Neque ille, id quod praecipue in hac causa considerandum videtur, sine iudicio ad veterum Commentarios excerptendos accessit, sed ita eos tractauit potius, vt, si nolis in multis elegantiam, atque quandam veluti artem agnoscere, summam certe diligentiam, et patientissimum studium non possis non admirari. Ac primum quidem illud nemo non intelliget et diligentiae et doctrinae esse non mediocris, quod, cum instituisset veterum sententias non quidem separatim descriptas exhibere, sed in continua orationis seriem cogere, quod ille igitur vastos illos veterum Commentarios ita tractauit, vt relictis contractisque iis, quae vel bis vel fufius dicta essent, breuiores lectuque faciliores redderentur, atque in vniuersum hoc egit, vt non tam verba illorum interpretum, quam sententiae et iudicia exhiberentur. Deinde non leuem vel temerarium antiquorum compilatorem fuisse Procopium, partim ex iis, quae de suis addidit, partim ex cura illa perspicitur, quam in describendis locis Scripturae sacrae collocauit. Et illa quidem, quae de suis ille adiiecit, obseruandum est, plerumque ita esse vel breuia, vel abscondita caeterisque aliorum sententiis intertexta, vt non possint saluis reliquis excerpti, adeoque Nicephorus, quamuis nonnulla ex Procopio in Catenam suam transcripserit, minimam tantum illorum partem, quae vere Procopii essent, excerptisse existimari debeat. Quanquam igitur in loco illo a nobis descripto multae sententiae, multaque iudicia, quae solius Procopii sint, inueniuntur, tamen ea, quoniam erant variis in locis sparsa et breuia, plane intacta reliquit Nicephorus. Quod autem attinet ad loca Scripturae S. a Procopio allata, partim his alia addidit, partim plenius ea descripsit, saepeque etiam varias lectiones exhibuit, vt illum non in eo acquiescisse, vt illa describeret, sed etiam iudicium et quandam elegantiam adhibuisse intelligatur.

Sed

Sed ne auctoritati et commendationi meae nimium tribuere videar, rogandi mihi potius sunt doctiores harum literarum arbitri, ut, si modo ad sententiam dicendam specimen supra positum ipsis sufficiat, iudicare velint, sintne digni illi Commentarii, qui aliquando typis excusantur, an vero satius sit abiecto edendi consilio in eo acquiescere, ut eos extare non ignoremus. Quod si illud probabitur, dabo operam, ut, quantum fieri possit, et expectationi et voluntati virorum doctorum satisfaciam. Sin minus: tantum tamen abest, ut operam meam me perdidisse putem, ut valde potius laeter me id praestitisse, quod dignitas *Tua*, Vir excellentissime, et meum officium postulabat. Nam cum omnis laetitiae significatio periuocanda est, tum non est vlllo modo iucundior, quam si amor nos et officium impellit, et is, cuius causa laetamur, magnam habet a virtute ingenique praestantia commendationem. Habes imaginem *Tui*, amicissime *Keili*, habes veluti faciem animorum nostrorum; quam si existimas vere expressam, multa verba non desiderabis, quibus ego gratulandi officium absolvam. Instruat *Te* Deus corporis viribus iis, quas nulla aetas ita frangat, ut bonae literae, quas *Tu* studiosissime amplecteris, sentiant se opera et studio *Tuo*, veluti ornamento quodam, destitutas. Deinde vero etiam illud *Tibi* contingat, quo nihil iucundius contingere homini docto et liberali potest, ut quam plurimi doctrinam *Tuam* agnoscant, ad eam se conferant, et ut ex *Tua* disciplina multos, qui facti sint *Tui* similes, hoc est, elegantes et doctos dimittas. Qui ut sunt fructus diligentiae ac studiorum longe suavissimi, ita nos, quotiescunque *Te* illos percipientem cognoverimus, vehementer laetabimur. De me vero, quem a *Te*, *Keili* amicissime, amari et scio et gaudeo, sic *Tibi* persuadeas, me non commissurum, ut amore *Tui* ab vlllo vnaquam homine vincar. Scripsi Lipsiae mense Oct. MDCCLXXXV.



*Id 770*

V018

ULB Halle  
008 250 200


3



*W*







B.I.G.

Farbkarte #13

DE  
PROCOPII GAZAEI  
ARIIS GRAECIS IN HEPTATEVCHVM  
CANTICVM INEDITIS  
COMMENTATIO

AD  
VIRVM  
LENTISSIMVM ET DOCTISSIMVM  
M AVGVSTVM GOTTLIEB  
EILIVM  
SSIONEM PHILOSOPHIAE  
EXTRAORDINARIAM  
CAPESENTEM  
ICORVM ALIQVOT NOMINE  
GRATVLANDI CAUSA

SCRIPTVS  
STIANVS GOTTLIEB ERNESTI  
*Christianus Gottlieb Ernesti*

LIPSI AE  
EX OFFICINA SOMMERI

*[Handwritten signatures and notes]*  
Sal. 1828

